BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 203
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sibi creditae fideliter prudenterq: dispensantes inuenerit super omnia quae possid&
constituet. id est super omnia caelestis regni gaudia non utique ut horum soli
dominium teneant. sed ut eorum abundantius et ceris sciis aeterna possessio
nefruantur. qui enim docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti
&qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellae in perpetuas aeternitates. &
apostolus ait. qui bene praesunt presbiteri duplici honore digni habean
tur. maxime qui laborant in uerbo & in doctrina.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo moram facit dominus meus
uenire & coeperit percutere pueros & ancillas & edere & bibere & inebriari.

Sicut in uno fideli dispensatore totius bonorum rectorum quomodo ueluiuat uel
remunerentur ordo docetur. sic & in hoc nequissimo seruo cunctorum praesulum
malorum damnandum partiter opus & damnatio narratur aeterna qui neglecto
domini amore non modo ipsi luxoriae uacant. sed & subditos iniuriis stimulant quam
uis & tepice possit intellegi pueros & ancillas percutere. corda infirmorum nec
adhuc fide spe & caritate solidatorum ostenso operationis praeuaricationis ex
emplo urgare. edere aut bibere & inebriari cunctis facinoribus & saeculi in celebris
quaementem dementem & ernere faciant occupari notasane interuiga serui mali ad
scriptum quod tardum domini sui reditum putauerit. Non autem inter boni uiri
tes ad numeratum quod hunc ctum speruerit sed tantum quod adiussionem domini
quando cum que uenturi conseruis in tempore triticum mensuram dederit. hoc est
uel sermonis diuini uel exempli sui regulam monstrauerit. quin & iam quosdam bo
nos seruos legimus ab apostolo castigatos quod trementes atque anxii crederent insta
re diem domini quem ipse nopinatum promiserit. esse uenturum. unde optimum esse
probatur quamquam magno peresilicet cupiamus scire quando ueniat desiderius
cunctis gentibus aequanimiter tamen nos nescire quae scire non licet tantum in
exemplum boni serui siue prope seu procul sit parati exspectare & diligere
aduentum eius.

Ueniet dominus seruiilliusin die qua non sperat & hora qua nes
cit & diuidet eum partem q: eius cum infidelibus ponet.

Diuidet eum non gladio dessecando. sed a fidelium consorgo segregando. & eis qui num
quam uel ad fidem peruenerunt sociando quia qui suorum & maxime domesticorum
curem non habet fidem negauit & est infideli deterior. ut apostolus ait.

Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui & non praepa
rauit & non fecit secundum uoluntatem eius uapulauit multis.

Multi hanc sententiam male intellegentes nolunt scire quid faciant & quasi mi